

§. 61.

Plantæ singulari locorum natura, nec climate pendentes, sequentes circa Quickjock nascuntur, quæ in Lapponia Tornensi, vel in regione Karesuandensi non sunt repertæ. *Poa alpina*. *Myosotis deflexa*. *Primula farinosa* β . *Carum Carvi*. *Saxifraga Cotyledon*, *nivalis*, *cernua*, *petræa*. *Lychnis dioica*. *Rubus saxatilis* α . *Aconitum Lycoctonum*. *Sonchus alpinus*. *Viola montana*. *Carex lagopina*. *Carex alpina*. *Polypodium ilvense*, *hyperboreum*, *montanum*. *Polypodium spinulosum*, *Filix mas*. Ceterum musci frondosi, et fungi, qui circa Quickjock in sylvis umbrosis vegetare solent. Verum in regione Karesuandensi, qua sylvæ jam evanuerunt, omnes plantæ, loca occulta et umbrosa amantes, non iveniuntur. Ceterum in hac comparatione nullas alias plantas, quam quæ in confinibus agrorum nascuntur, enumerare volui.

In regione Karesuandensi, quæ subcampestris maximeque paludosa haberi potest, hæc proveniunt, nec ad Quickjock. *Veronica longifolia*. *Potamogeton sparganifolius*. *Polemonium*. *Chrysoplenium alteriafol.* *Saxifraga Hirculus*. *Stellaria crassifol.* var. *paludosa*. *Rubus saxatilis* var. *castoreus*, ad Quickjock haud visum quamquam in Peura-